Propempticon inaugurale de remora nova simplicissima et paratu facillima / [Johann Adolph Wedel].

Contributors

Wedel, Johann Adolph, 1675-1747. Universität Jena.

Publication/Creation

Jenae: Litteris Ritterianis, [1740]

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/dkq6d32x

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

IOANNIS ADOLPHI WEDELII

FACVLTATIS MEDICAE

H. T.

DECANI

PROPEMPTICON INAVGVRALE

DE

REMORA NOVA SIMPLICISSIMA ET PA-RATV FACILLIMA.

IENAE LITTERIS RITTERIANIS.

IOANNIS ADOLPHI WEDELLI

FACVETATIS MEDICAE

DECANI

PROPEMPTICON INAVOVRACE

REMEDICISSIMA ET PA-RATY FACILIMA.

LENAELS LITTERIANS.



I. N. I.

EMORAM, seu machinam, qua corpora, funiculo alligata, ad certum punctum vel eleuata, vel depressa, vel ad alterutrum latus mota, in eodem sirmiter detinentur, ante decem hosce annos publico communicauimus, eiusque vsum in tubis opticis dirigendis, aliisque prastandis, postmodum, occasione data, exhibuimus.

Cum autem similem machinam, adhuc simpliciorem, & paratu longe faciliorem, excogitauerimus, eandem bre-

uiter iam describere, consultum duximus.

proportionatæ crassitudinis, horizontali in situ ita sirmatus, vt volui nequeat. Huic semel circumuoluitur suniculus, qui corpori eleuando, vel deprimendo, vel ad latus mouendo, vna extremitate alligatus est, eiusque motum, si trahatur, ad definitum punctum præstat. Illi vero suniculi parti, quæ a cylindro horizontem versus dependet, appenditur pondus, quod dimidium circiter grauitatis habeat corporis mouendi, vel etiam æqualem. Atque his factis parata erit nostra machina.

Quodsi enim eleuare corpus suniculo alligatum volumus, eam suniculi partem, quæ prope cylindrum, versus corpus mouendum, existit, manu apprehendimus & cylindrum versus trahimus eo vsque, quousque placet, remota hinc manu, immotum & sirmum in illo puncto iterum permanebit corpus, ad quod perductum est. Nam hac ipsa tractione, prope cylindrum sacta, particula suniculi, cylindro circumuoluta, a pondere appenso deorsum trahitur, ob resistentiam a manu trahente in opposita

1 2 parte

parte ablatam, quæ, cessante actione manus, statim redit, adeoque in hoc statu corpus eleuatum persistere cogitur. Pondus enim, cum vel minorem, vel æqualem grauitatem corporis eleuati habeat, motum huic conciliare non valet; Corpus vero eleuatum, licet etiam duplo maiorem haberet grauitatem, quam pondus, ex opposito latere appensum, eleuare pondus, adeoque ipsum moueri, haud potest, cum frictio, quæ per circumuolutum cylindro suniculum vna cum pondere sit, maiorem resistentiam præbeat. Sequitur ergo, vt in desiderato puncto collocatum corpus perstet.

Sin autem ad desideratum punctum depressum corpus velimus, suniculi ea pars, quæ insra cylindrum versus pondus, non longe a cylindro, hæret, apprehendenda manu est, & cylindrum versus trahenda, adeoque pondus appensum eleuandum. Hoc ipso autem sit, vt, resistentia hic ablata, corpus deprimendum particulam suniculi circumuoluti pondere suo superet, & ad desideratum punctum descendat, pro subitu trahentis. Simulac vero manus trahere cessat, resistentia, adeoque & quies, redit.

Igitur effectus desideratus obtinetur.

Ad latera si corpus mouere, & in definito puncto detinere, velimus, nouus adhuc cylindrus eodem modo adhiberi,
& funiculus alius, pro hac directione, corpori mouendo &
cylindro applicari debet, & nisus corpori dicto in contrariam partem conciliandus tunc est, quod vel situ corporis
ad hanc rem apto, vel, pondus ipsi, in contrariam partem
trahens, mediante alio adhuc funiculo iungendo, obtinetur.

Frictio funiculi, cylindro circumuoluti, & vtrinque tensi, tanta est, vt, licet corporis mouendi pondus duplo maius, quam ponderis altero extremo funiculi appensi sit, eleuationem tamen minoris essicere haud possit. Quando autem tractione suniculi, manu versus cylindrum sacta, tensio eiusdem ex hoc latere tollitur, pars circumuoluti funiculi minimam habet frictionem, ergo a pondere

dere opposito facillime superatur, & sit hinc motus, illa

autem cessante, cessat motus.

Experimentis institutis cum cylindro ligneo & suniculo semel circumuoluto, pondere in qualibet funiculi
extremitate appenso, deprehendimus in cylindro, cuius
diameter \(\frac{3}{4}\) digiti habet, & vnius lateris pondus LX. drachmis \(\frac{2}{4}\) alterius autem lateris pondus IV. tantum
drachmarum, frictionem inde factam pr\(\frac{2}{4}\) tiisse, vt drachm\(\frac{2}{4}\) illas oppositi lateris drachmas LX. quietas sustinerent. In cylindro autem ex eodem ligno parato, & diametrum \(\frac{3}{2}\) digitum habente, pondus duarum drachmarum, alterius lateris pondus LX. drachmarum sustinuit.
Quo magis autem pondus minus augetur, eo maior sit
frictio & resistentia, vnde, si vtrumque pondus \(\frac{2}{4}\) euadat, summa sit, sub hac quantitate ponderum, frictio &
resistentia.

Loco cylindri lignei etiam adhibuimus cochleam marem ligneam, cuius crena tanta est, vt recipere funiculum commode queat. Et eodem modo semel circumuo-lutus funiculus maiorem adhuc frictionem cum præstet, & motus desideratus tractione funiculi, manu iam recensito modo facta, facillime obtineatur, consultius hoc duximus.

Vlteriorem huius machinæ explicationem proxime, volente Deo, addemus, cum iam ob temporis penuriam id

facere haud liceat.

Proferre hæc voluimus occasione dissertationis inauguralis DE INCVBO clarissimi medicinæ Doctorandi

DANIELIS TEXTORIS.

Solum huic contigit natale Nagy Palugya, vicus Hunga-Sriæ superioris, in comitatu Lyptouiensi, eiusque in meditullio quasi situs, vbi anno MDCCXV. d. XIV. Decembr. primam adspexit lucem, patre Viro Reuerendo IOANNE TEXTORIS, qui, quæ Dei est clementia, adhuc actiones

A 3

eius prudenter dirigit: matre vero ANNA, e stirpe MAT-THAESIORYM oriunda, iam pie defuncta. Optimis hisce parentibus prima, eaque pracipua, fuit cura, ve noster fundamentis religionis Christianæ, bonisque moribus, statim ab incunabulis imbueretur. Simulac vero per ætatem licuit, priuatæ publica accessit institutio, dum Scholam ibidem florente m frequentauit. Huic tunc Vir Clar. atque Doctiff. Dn. GEORGIVS BYCHOLTZ summa cum laude præfuit, quo Cafareopolim, ad obeundum Rectoris atque Diaconi Bohemicæ nationis munus, euocato, Vir Clar. atque Doctiff. Dn. BOHVRADIVS, successor eiusdem fuit. Postquam vero & hic in Pisoniensium Gymnasio celeberrimo vices Conrectoris subiit, noster, iusiu parentum, Osgyaninum, vt Hungaricam addisceret linguam, anno ætatis IX. petiit. Anno vno & dimidio præterlapso, in patriam rediens Cæsareopolim, partim idiomatis Germanici gratia, partim studiorum continuandorum causa, adire iussus fuit. Ibi per biennium supra nominatus Vir Clariss. BVCHOL-TZIVS, cuius cineres adhuc veneratur, eundem viterius formauit. Inde reuocatus, annum decimum agens, vt fratrem lectissimum, MICHAELEM TEXTORIS, Pisonium sequeretur, mandatum accepit. Sic itaque occasionem, in litteris humanioribus proficiendi, habuit vberrimam. Præceptores enim eidem obtigerunt, quos parentum loco nunc quoque suspicit, & eruditi & fidi, Clariff. atque Doctiff. PESKO, Subrector: Clariff. atque Doctiff. Dn. IOANNES SZASZKT, Conrector, & Clariff. ac Doctiff. GVILIELMYS FRIDERICVS BEER, Rector Gymnasii Pisoniensium florentissimi. La quoque ipsi contigit felicitas, vt, priusquam locum hunc amœnissimum desereret, hospitio atque mensa Viri Maxime Reuerendi, MATTHIAE BELII, Historici patrii, Patroni sui multum colendi fuerit vsus, ex cuius sermonibus doctissimis magnam accessionem studiis suis fuisse factam, grata agnoscit mente. Quoties apud parentes suos clarissimos commoratus est,

ex conversatione pariter ac lectionibus Viri Doctiss. Dn. BARANTAI, Rectoris, de Schola patria optime meriti, fructus in se redundasse haud contemnendos, gratus satetur. Pertractatis ita, per Dei gratiam, intra patrios lares, studiis, desiderium ad Medicinæ adita perueniendi patri & fratri patesecit; consenserunt lubenter &, vt almam hane Salanam eligeret, suaserunt. Adiit igitur Musarum hocce domicilium anno post recuperatam salutem MDCC XXXVII. d. XIV. Maii, & a Pro-Rectore tunc Magnisico IOANNE GEORGIO ESTOR, IC. Consiliario Aulico Saxonico & Professore Iuris Ordinario, Tribunalis Serenissimorum Saxoniæ Ducum, quod hic est, nec non Facultatis Iuridicæ, item Scabinatus Collegii, & Concilii arctioris Adsessore celeberrimo, in numerum ciuium receptus est.

Medicas itaque vt tanto facilius caperet disciplinas, philosophicis studiis primum hic dedit operam. Logicam & Metaphysicam ex ore Excellent. Dn. REVSCHII, tam publice, quam priuatim, hausit dostrinam. In Mathesi pura sectatus est Virum Summe Reuerendum & Excellentissimum IOANNEM BERNHARDVM WIDE-BURGIVM. In Mathesi vero applicata & Physica theoretico experimentali Illustrem GEORGIVM ERHARDVM

HAMBERGERVM percepit fedulo.

His imbutus scientiis, omni studio tandem adnisus est, in studio medico vt progrederetur seliciter. Singulari hinc cum fructu Illustris TEICHMETERI demonstrationibus publice habitis Osteologicis atque Botanicis, priuatim item Medicinæ Legalis eruditissimæ explanationi intersuit; quem etiam, diuersa cadauera humana vtriusque sexus artissciose in theatro anatomico secantem, vidit. Porro audiuit Illustrem simonem pavlvm hil-schervm, publice doctrinam Physiologicam, Pathologicam, Semioticam, ad ductum Boerhauii, prositentem, vt

& de Materia Medica, atque Præscribendi Formulas. Maxime quoque sibi commendatas habuit a iam laudato Illustri HAMBERGERO traditas solide disciplinas, Anatomicas, Osteologicas, Physiologicas, Pathologicas, Semioticas, Chirurgicas, Chimicas, de Materia Medica, Methodo Medendi & Præscribendi Formulas. A meo quoque pependit ore, cum publice chimiam, methodum medendi, praxin specialem sebrium, & inslammationum, priuatim autem praxin medicam vniuersam traderem.

Studiis ita cum sedulo dederit operam, fructus diligentiæ abesse haud possunt. Merito itaque, vt medicinæ
candidatis adscriberetur, petiit. Deesse honesto huic desiderio noluit facultas nostra, &, cum in examinibus, debite institutis, optime steterit, decreuit, vt laudatam dissertationem inauguralem sub præsidio Illustris TEICHMETE-

RI crastina habeat die.

Solemni itaque huic actui vt MAGNIFICVS ACADEMIAE PRORECTOR, ILLVSTRISSIMI S. R. I. COMITES, PATRES ACADEMIAE EXCELLENTISSIMI,
HOSPITES, omnis ordinis honoratiffimi, & GENEROSISSIMI & NOBILISSIMI COMMILITONES, gratiofe
& beneuole interesse dignentur, facultatis meæ nomine
omnes atque singulos debita observantia rogo. P. P. sub
Sigillo Facultatis Medicæ die xxv. Septembr.

M DCC XL.

elle in Andid medico ut proprederette. felici

lari hine cum fructa Huthris a Erenniarenti denionfirazione su publice (bi Solidie acque Boranicis,
program ican M de (.S.) dielimae explanatio.

one Prime anifolded in themes and another frances, vi-